



Politicorvm Libri Decem

Contzen, Adam

Colonia, [1621]

Cap. XLVII. Stratagemata obsessorum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95437](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95437)

Galli scientissimi cuniculorum fuere, quod apud eos araria sectura sint, Cæsar l. 3.

Alexander cuniculis Gazam cepit; Fidenas & Veios sic oppugnarunt Romani. Fiebant cuniculi, ut ad interiora clam peruenirent. Sic à Castris in arcem Fidenarum itum est. Liuius libro quarto. Cuniculi ad Veios acti magno labore steterunt. Liuius libro quinto. Inde ad Veios exercitus ductus, densioraque castella facta: & à procuratoribus, quæ multa temere inter murum ac vallum fiebant, edicto ne quis iniussu pugnaret, ad opus militestrada ducti, operum fuit omnium longe maximum ac laboriosissimum cuniculus in arcem hostium agi captus, quod ne intermitteretur opus, neu sub terra continuus labor eosdem conficeret, in partes sex munitorum numerum diuisit, sena hora in orbem operi attributa sunt nocte ac die, nunquam ante omissum, quam in arcem viam facerent.

Hoc fere seruiant, ut cum cunicularij erupturi essent, alibi minas ostentarent, ut ad vana intenti vera pericula non sentirent.

Interdum murum solum suffodiebant & trabibus fulciebant, quibus exaltis concidebant mœnia. Nostro tempore mœnia, curres, propugnacula suffossa in altum eiulantur.

Interdum cuniculos simulant, cum effici non possunt. Carolus Neapolitanus Matronianæ arcis praesidio imposuit, cum enim cuniculos agere se simulasset, rudera aliunde aduehi curauit, & in conspectu eorum proijci, illi ex muri fundamentis esse arbitrati sese dederunt. Fulgosi. libro septimo, capite quarto.

Cuniculos
irritos facere.

§. 13. Cuniculos contrariis fossis inutiles reddunt. Interdum faxis & pice ingensa militem impediunt. Cæsar libro septimo belli Gallici. Trypho Alexandrinus in Apolloniæ obsidione vasis æneis suspensis explorauit, quæ hostes essent ingressuri, sonant enim ad fodientium ictus, eos vero aqua, stercoreque feruefacto occidit, Temiscyrani viros & apum examina cuniculis immiserunt. Cognouisse autem cuniculum vicisse est. Aetium vas sonat, si subterfodias, sic faber ararius in Batcæ obsidione agnouit cuniculum, pelues & tympana nostra satis si pisum imponas loca illa indicant.

Flumina alio
deriuare.

§. 14. Cuniculis affinis fluminum in alia loca auersio. Alexander, quod ante Semiramis fecerat, & de Cyro alij narrant, auerso Euphrate Babylonem cepit, id ne aduerterent agi hostes, Alexander aggerem struxit, cuius causa terram egeri Babylonij existimarunt.

P. Seruilius Isaurum auerso flumine ad deditio- nem coëgit; Cæsar Cadurcorum ciuitatem fonte per cuniculos siccato, & fluminis usu per sagittarios intercepit.

Clithenes improbius, cum enim aquæ ductum Criseorum intercidisset, affectis siti restituit, sed vndam helleboro venenauit, eosque profluvio ventris occidit.

§. 15. Aliæ ignibus & fumo circumfuso captæ sunt. Turca Famagustam occupauit, magnum aceruum tædæ accensæ congesterunt, qua facillime ardet, & fumum pestiferum fetidumque exhalat, additi fasciculi, & tigna, dumque quatuor dies ardet, nec extinguere potest, cuniculos interim agunt, & ad conditiones compellunt.

§. 16. Alexandrini Cuniculos quos Fredericus foderat ingressi milites eius occidunt: Pueros alij contra cuniculos fodiunt.

✱ * ✱

✱

§. 1. **D**VAS obfidendi species Veget. l. 4. c. 7. recenset. Multa, inquit, defensionum, oppugnationumque sunt genera, quæ locis competentibus inferemus. Nunc sciendum est, obfidendi duas esse species. Vnam cum aduersarius opportunis locis praesidijs ordinatis continuis insulsi- bus impugnat obfessos. Alteram cum vel aqua prohibet inclusos, vel deditio- nem sperat à fame, quando omnes prohibuerit comestus. Hoc enim consilio ipse ociosus ac tutus fatigat inimicum. Ad quos casus, possessores, quantum leui suspitione pulsati omnem alimoniam victus intra muros debent studiosissime collocare, ut ipsi exuberet substantia, aduersarios inopia cogat abscedere. Non solum autem porcinam, sed & omne animalium genus, quod inclusum seruari non potest, deputari oportet ad lardum, ut adminiculo carni frumenta sufficiant. Aues autem cohortales, & sine impensa in ciuitatibus nutriuntur, & propter agrotantes sunt necessariae. Pabula equi sunt præcipue cogerenda, & quæ apportari nequiverint exurenda. Vini, acetæ, ceterarumque frugum, vel pomorum congerenda sunt copia, nihilque quod vti proficiat, hostibus relinquendum. Nam ut hortorum cura in viridarijs domorum vel arvis exerceatur, vtilitatis & voluptatis ratio persuadet. Parum autem proficiit plurimum collegisse, nisi ab exordio dimissione salubri per idoneos procuratores erogatio temperetur. Nunquam periclitati sunt fame, qui frugalitatem inter copiam seruare ceperunt. Imbellis quoque, atque acis propter necessitatem victus portis frequenter exclusa est: ne penuria premeret armatos, à quibus menta seruabatur.

Comestus,
& parcia.

Celeritas quoque ad omnia utilis est; quia vero in viribus utcumque firmis solent esse plures, quam excubiis occupentur, necesse est, ut omnem lapidem moueant, opera noua magna exsternant, omnia præparent. Nulla ætas, nullus sexus à labore excipitur.

Lacena bello Epirotico abscedere à viis noluerunt, sed pulchrum esse dicebant, Lacenis cum viris viuere, aut mori, itaque fossas ducebant, vulneratos fouebant, omniaque seruitia pugnantibus exhibebant.

§. 2. Cum vi ciuitas oppugnatur, ad primos impetust se resistendum, sic enim facile crescit audacia obfessis. Veget. l. 4. c. 12.

Multis nunc opus est obfessis, puluere, ceterisque ad machinas pertinentibus, de quibus alio dixi loco.

§. 3. Quæ sint obfessis paranda monet Veget. l. 4. c. 8. Bitumen, sulphur, picem liquidam, oleum, quod incendiarium vocant, ad exurendas hostium machinas conuenit preparare: ad arma faciendâ ferrum virtusque temperatura & carbones seruantur in conditis: ligna quoque, hastilibus, sagittis, necessaria reponuntur. Saxa rotunda de fluminis, quia pro soliditate grauiora sunt, & aptiora mittentibus, diligentissime colliguntur; ex quibus muri replentur & turres. Minima fundis suæ iustitialis vel manibus iacienda. Maiora per onagros diriguntur. Maxima vero pondere formaque, volubili in propugnaculis digeruntur, ut dimissa per præceps non solum obruant subeuntes, sed etiam machinamenta confringant. Rota quoque, delignis viridibus ingentissima fabricantur, vel inter cetera validissimis arboribus cylindri, (quas taleas vocant) ut sint volubiles lauantur: quæ per pronum labentia subito impetu bellatores sternunt, equosque solent deterere. Trabes quoque, & tabulata, vel diuersa magnitudinis clauos ferreos esse oportet in promptu. Nam oppugnantium machinis per alias machinas consuevit obfisti, præcipue cum subitis operibus addenda sit muris vel propugnaculis altitudo, ne aduersariorum mobiles turres super emineant, & ciuitatem capiant.

Necessaria
obfessis.

§. 4. Ciuitates eruptionibus opportunis maxime seruari possunt, quæ cum non possunt paribus viribus fieri, arte iuuanda sunt; Plerumque enim obfessi aut numero, aut viribus inferiores sunt. Cum itaque erupturi sunt, id agere oportet, ut minime erupturi videantur, Romani cum Panormum tene-

tenerent, rarios in muris defensores ostenderunt, & Afrubalem incaute subeuntem ceciderunt. Eadem arte Asculani Pompeium fugarunt, & Popilium Lænatem Numantini. Apolloniates à Philippo Macedonum rege obsessi, noctu præsidium Romanum introriserunt, & totum diem sequentem quieverunt, securis deinde hostibus noctu superuenerunt. Liuius lib. 33.

Cataractæ nunc quodq; visitata sunt.
§. 5. Cataractas ante portas ponere peniles olim etiam visitatum fuit. Veget. l. 4. c. 4. *Cauetur prater ea, ne porta subiectis ignibus exurantur. propter quod sunt corijs & ferro regenda. Sed amplius prodest, quod inuenit antiquitas, vt ante portam addatur propugnaculum, in cuius ingressu ponitur cataracta, quæ annulis ferreis ac funibus pendet, vt si hostes intrauerint demissa eadem extinguantur incelsi. Ita tamen supra portam murus est ordinandus, vt accipiat foramina, per qua de superiore parte effusa aqua subiectum resinguat incendium. Liuius de Salapianis. Porta cataracta deiecta clauserat, eam parum vectibus leuant: partim funibus subducunt in tantum altitudinis, vt subire recti possent. Vix dum satis patebat iter, cum persuga certatim ruunt per portam: & cum sexcenti ferme intrassent, remisso fune, quo suspensa erat cataracta magno sonitu secidit. Salapiani alij persugas negligenter extinere suspensa humeris, vt inter pacatos, gerentes arma invadunt: alij è turribus porta murisque saxis, sudibus, pilis absterrent hostem.*

Facile obsessi quocunq; loco, si primo quiescant, deinde subita audacia erumpant, possunt liberari. Furius Consul primo obsessus dum timere putatur, decumana porta erumpens hostem incautum cecidit. Liuius libro tertio. & Cæsar (libro quinto. belli Gall.) cum adeo contemneretur, vt vallum manu scindere, fossas complere inciperent, omnibus portis pedites equitesque emisit, & in fugam hostes dedit. Sic à Labieno Induciomarus fugatus, sic in Africa Pompeiani. Marius etiam Cimbrorum petulantiam diu sustinuit, donec milites assuefecit eos non timere.

Defensores optimus murus.
Cum murus ruptus est, facilis est nihilominus defensio, sit modo animus. Pluribus modis sese defendunt, maxime armis, quo circa cum fortes sunt propugnatores, parum est ostium aperuisse, si ferro obsessum est. Aliquando subito obturant interualla saccis lanae plenis, doliis terra aut fimo plenis, trabibus, cistis, sportis terra plenis, palis ferreis, circumposito stramine vdo ac terra. Sarcinamenta proiciunt & incendunt, murices iaciunt, & loco muricum asseres plenos clauis, quibus se oppugnantes induant, machinam rotatilem dimittunt, & retrahunt, interdum cataractas erigunt. Optimum in vicino fodere, ne ex muro descendere in urbem possint, & ad latera disiecti muri propugnacula edificare; omnia vero ante oppugnationem comparanda sunt, vt in summa festinatione sint in promptu. Lapides etiam omnisque generis ignea fomenta iaciunt, qua in re mulieres etiam puerique auxilio esse possunt.

Conon obsessus duas celoces misit, qua cursum diuersum tenerent, quæ vesperi, cum ad litus plurimi hostium accessissent, euaserunt.

Hippodamas obsessus cum nuncium admittere non posset, stanti foris acclamauit, sceminam in æde Chalcioeci ligatam sibi molestam esse; Ea famis erat effigies, hostes etiam audirent, rem tamen non intellexerunt. Prodidit scortum Diognetum Naxium impetrata venia, vt fratribus bellatorum aliquid mittere posset, placentæ laminam plumbeam indidit, cui inscriptum erat, Milesios vino sepultos noctu inuaderent: Nuncio autem mandarat, dicefet fratribus, vt ipsi placentam ederent. Harum ostes Lacedæmonius cum bidui cibaria haberet, & præco Sparta missus ante mœnia dicere iuberetur, ab Atheniensibus

obsidentibus, quæ in mandatis haberet; Dixit; Ephoros iubere magno animo vt esset, subsidio venturos, Respondit ille: Ne festinare, quinque mensium cibaria habemus, quo mendacio delusi Athenienses, cum hyems instaret obsidionem soluerunt. Polyar. l. 2.

§. 6. Neque minor industria in ostentando commeatu copia, ne hostis speret fame ciuitatem capturi. Athenienses & Romani triticum iactarunt. Casilinales, cum Hannibal locum urbi vicinum, ne herbas peterent exarsset, semen eo iecerunt, vt ad messem usque frumentum habere viderentur. Reliquiæ Variarum captiuos tota nocte circum horrea duxerunt.

Segebergenfes cum à Waldemaro obsiderentur, & frumento carerent, molaria tamen saxa exasperabant atque agebant, vt hostes eos abundare putarent.

Monasteriensis anno 1535. ne destitui cibariis viderentur, arare suburbanum agrum ceperunt, quasi ad messem toleraturi obsidionem. Alij horrea inania arcte custodiri iusserunt.

Lucius Antonius crudelius egit, nam seruis carceres impleuit, & fame confecit, quod nollet in eos cibos impendere, nec dimittere, atque illa est Perusina fames.

Franciscus Barbarus Brixiam tenuit, donec Vicecomitum obsidio solueretur, quod mulos arena onustos inducens, speciem frumenti allati præberet, atque ita multitudinem animabat.

§. 7. Famem diutissime sustinuerunt multi. Petilini in fame parentes & liberos eiecerunt, corijs, folijs, omni animalium genere vitam tolerarent. Casilinales eodem modo, & Numantini. Sed fortiores Cyziceni, qui captiuorum morte ad deditionem percelli non potuerunt, vt nec Aginenses, qui spectare pignorum supplicia maluerunt, quam à Romanis deficere. Cæsar sibi consilium esse dicebat, quod medicis, fame potius quam ferro vincendi.

§. 8. Commeatum inuere variis artibus instituerunt. Casilinum Primo dolia farina plena: Secundo Vulturno, deinde nuces sparsere Romani, cum dolia excepta per catenam essent. Hircius Mutinensibus per Minturnum pecora misit.

Jacundum spectaculū inducendis in urbem portis, Agmen porcorum cum obsessi in urbem inducere non possent, vno arrepto præcurrerunt, ad cuius grunitum tota cohors impetu sequebatur.

CAPUT XLVIII.

Fugere interdum licitum est, & quæ in fuga obseruanda.

§. 1. **FUGA** aut stratagematica est, aut vera; de hac agimus, quæ duplex est, vel totius exercitus, vel partis. De toto genere rem paucis propositionibus explicabo.

Propositio I. Cum toti exercitui periculum imminet in bello iusto melius est heroica fortitudine præliari quam fugere, quia in fuga est magnum decus. Exemplo est Judas Macchab. l. c. 9. a. v. 6. Et viderunt multitudinem exercitus, quia multi sunt & timuerunt valde: & multi subtraxerunt se de castris, & non manserunt ex eis nisi octingenti viri. Et vidit Iudas, quod defluxit exercitus suus, & bellum perurgebat eum, & contractus est corde: quia non habebat tempus congregandi eos, & dissolutus est. Et dixit hi, qui residui erant: Surgamus & eamus ad aduersarios nostros: si poterimus pugnare aduersus eos. Et auertebant eum dicentes: Non poterimus, sed liberemus animas nostras modo, & reuertamur ad fratres nostros, & tunc pugnabi-

Commeatus ubi abest simulatur.

Præstat præliari quam fugere.